

CAROLI EMANUELIS DUCIS

Sabaudia, Marchionatu Saluzensi suam in potestatem redacto: cusi Anno



Um causas iustas habere se putaret Carolus Emanuel Dux Sabaudia, ob quas Marchionatum Saluzensem à Rege Gallia repeteret, non opportunitati indormiendum esse existimavit, quæ sibi, per res Gallia tum temporis admodum turbatas, & Guisij magis, quam Rege imperante, offerretur. Cum exercitu itaque in Marchionatum prædictum movet: capit Carmagniolam Gallia armamentarium Tramontanum: Ravelâ, cum alijs locis, vi partim, partim corruptis præsidiariis, potitur. De iure dominij disceptatum diu inter utrumque magnatem fuit: quasitum Pontificis arbitrium: qui suspensâ sententiâ, cum Regis, tum Ducis offensionem studet effugere. Bello tandem repetitur hic Marchionatus ab Henrico IV. ut è seculo insequenti patebit. *Video in nummo OPPORTUNE jaculantem Centaurum, qui Sagittarij inter astra signum refert. Apodofin Lector Benevolus ex*

Historiâ ipsâ petat. Chron. Gallicum.

Author.